



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

Bucer, Martin

Genevae, 1613

De Ieiunio & delectu Ciborum 120

urn:nbn:de:hbz:466:1-34315

in sanctos conducunt. Lux verbi Dei omnibus in rebus imitanda est, nullibi verò humanorum figmentorum tenebræ & caligo.

Postremò quod D. Augustinum citant in sermone quodam, vbi meminit, suo tempore memoriam D. Laurentij celebrari solitam, atque inde inferunt, totam diem fuisse in solemnitatem D. Laurentij impensam, id non magis sequitur, quām quod hoc tempore omnium illorum sanctorum dies solemnī cultu celebrentur, quorum in choralibus officiis suis meminerunt. Haec tenus de diebus festis.

Tricesima prima Accusatio.

De Ieiunio, & delectu Ciborum.

CAP. CXX.

IN hac Accusatione nihil aliud agunt Aduersarij, quām probant antiquos Christianos partim ab esu carnium in uniuersum abstinuisse, plerumque vero in sola Quadragesima.

Huic nemo contradicit, Interim tamen verum est, ut & supra indicauiimus, Dominum id nullibi precepisse, sanctosvero Patres acerrime eos reprehendisse, qui abstinentiam, delectumque ciborum ex natura sua magni aestimarunt, non autem in eum finem præcipue direxerant, ut caro ad seruendum Domino, non modo humiliaretur, Verum etiam promoueretur.

Iam vero Aduersarij de sua à carnibus, & animalibus terrestribus, volatilibusque abstinentia, mirum in modum gloriantur, cum interim delicatissimis optimorum piscium carnibus sese oblectent, nihilque minūs, quām ieiunent, & castigent corpus. Verum hac de re supra satis dictum est.

Tricesima secunda Accusatio.

De Gazophylacio.

CAP. CXXI.



Iere.

Ontra Gazophylacium est instituta hæc Accusatio, impri-
mis vero propter conductas Missas. Dicunt prudenter ex-
pendendum esse, utrum Ecclesiastica bona, quæ ab ho-
minibus eo destinata sunt, ut ipsorum defunctorum piè &
sanctè habeatur memoria, liceat in eleemosynas conuer-

Resp.